



Universitätsbibliothek Paderborn

**Rvperti Abbatis Monasterii Tuitiensis, ordinis sancti
Benedicti, Theologi antiqui ac plane clarissimi, in Cantica
Canticorum de incarnatione Domini commentario[rum],
libri VII**

Rupertus <Tuitensis>

[Köln], 1527

VD16 B 3703

Comæ eius, sicut elatæ palmarum, nigræ quasi coruus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-34445

eo creatura subsistere potest. Hoc habet præ cū-
ctis milibus. s. tale, tāticq; pōderis caput, & hinc
est dilectus ex milibus.

Comæ eius, sicut elatæ palmarum, ni-
græ quasi coruus.

Comæ huius capitis sunt omnes scripturæ
ueritatis. Sicut enim comæ de capite prodeunt,
& capitis quoddam sunt ornementum : ita oēs
scripturæ diuinitus inspiratae, de plenitudine hu-
ius uerbi siue electi acceptæ sunt, & omnes huic
electo perhibent testimonium.

Illæ comæ sicut elatæ palmarum, id est, sicut
folia palmarum, quæ uidelicet folia iccirco di-
cuntur elatæ, quod eleuentur sursum, qd nō pen-
dent deorsum, sicut aliarum arborum. Est autē
palma arbor, insigne uictoriæ ramis obpansis ī
modum palmæ hominis, procero ac decoro uir-
gulto, diuturnisq; uestita frondibus, & folia sua
sine ulla successione conseruans.

Vere ergo comæ eius uidelicet, electi siue au-
rei capit is dilecti sicut elatæ palmarum, quia ui-
delicet scripturæ ueritatis, quarum utiq; priuci-
pium est caput illud, scilicet Deus uerbum: non
sicut scripturæ hominum, terram aspiciunt, sed
sursum tendunt, & quæ sursum sunt querunt:
siquidem non occidentem literam, sed uiuiscan-
tem sequaris spiritum, & ualdae diuturnæ sunt,
sicut imo plusq; elatæ siue folia palmaru, Quia
cœlum (inquit) & terra transibunt, uerba autē
mea non trāsibunt, & iota unum aut unus apex
non præteribit a lege donec omnia fiant.

Sunt autem nigræ quasi coruus, quia (sicut ali-

L 3

2. Cor. 3.

Luc. 21
Mat. 5.

RVP. IN CANT. CAN. CA. V.

bi dictum est) tenebrosa aqua in nubibus aeris,
id est, occulta scientia in propheticis atq; legali-
bus scripturis, ita ueraciter dicas, nigredo ma-
gna in comis capitib; dilecti, ut sensus siue intelle-
ctus idem sit. Sed uide quid sequitur.

P¶ Oculi eius, sicut columbae super riuulos
aquarum, quae lacte lotae sunt, & resident
iuxta fluenta plenissima.

C¶ Oculi eius septem sunt spiritus eius: Septem do-
na siue septem gratiae sunt unius eiusdēcū spiritu-
tus eius. Confer opposita hæc: comæ eius nigrae
quasi coruus, & oculi eius sicut columbae q; la-
cte sunt lotae, & uide quid conficitur. Istud nimi-
rum, quia scripturæ sanctæ, sunt quidem sanctū
& uiuificantem non habetibus Spiritum nigrae
quasi coruus, quia obscuræ eis & truces uiden-
tur: sed habentibus gratiam spiritualem, quæ p
oculos intelligitur, candidæ, imo & lucidae sunt,
sicut oculi columbae mansuetæ columbae lactea.
Exempli gratia: Scriptum est, quoniam Abra-
ham duos filios habuit unum de ancilla, & unū
de libera. Et lex dicit: Animam pro anima, ocu-
lum pro oculo, dentem pro dente, &c. In proprie-
tatis autem, uade, iquit dñs, sume tibi uxore forni-
cationis & fac filios fornicationū, &c. In ijs nan-
q; & cæteris huiusmodi, comæ iam dictæ nigrae
sunt, non quomodocunq;, sed sicut coruus, quia
non solum obscura sunt hæc, uerum etiam no-
ta uidentur secundum literalem sensum.

C¶ Adhibitis autem oculis iam dictis, oculis spūali-
bus, apparent quia lucida sunt, columbina sunt,
honestæ & sanctæ sunt, uidelicet secundū sensu

Gene. 21

Dente. 19.

Oseæ, I.